Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

enim bene religiosus, conve
nere in unum cum clericis cunc
tis: ut ihesu christo annuente
providerent illi ecclesie secundum sancta
canonum ydoneum presulem.
Contione itaque facta interve
rat quidam pontifex mag
ne auctoritatis: ad cuius nutum
tum omnium dependebat sen
tentia, ut quem ille voce prode
ret hunc procul dubio eligerent
universi. Hic ergo per omnia se
quens apostolorum vestigia cunc
tos ieiuniis et devotissimis
precibus hortatus est insistere quate
nus ille qui mathyam in
vidit numerum supplere apostolicum
ipse solita clementia pandere
dignaretur quem vellet fungi
tanto sacerdotio. Astra poli
prece perculsi plebs cernua pulsat.
Tunc omnes qui convenerant
celesti oraculo sic commoniti ad
deum flagitabant ex intimis
precordiis: ut pastor eternus
utillimum suarum omnium pas
torem ostendere dignaretur.

Arce poli vox pontifici pro
dit nycolaum. Omne vir stu
dio depositum (?) consecrat ergo.
Illis quippe cum summa de
votione orantibus vocem de
celo audivit sibi dicentem
predictus pontifex, ut egredi
ens ante portas ecclesie staret.
ut quem primum hora matu
tinali aspiceret ipsum consecra
ret antistitem. adiungens etiam
quod nycolaus vocaretur. Tunc
presul ille ceteris episcopis hanc
insinuans revelationem
adiecit. Vobis in oratione per
sistentibus, ego forinsecus
excubabo: credo enim quod
si (?) preventum promisso dei. Sica
tus (?) valvas basilice sancta cal
liditate observabat. Mirum
in modum matutinali hora qui
adeo nullus ante omnes se
agebat nycolaus. Cumque
ad ecclesie ianuas appropinquasset
iniecta manu eum apprehendit
episcopus blandeque sciscitatus est di
cens. Quale nomen habes?